Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

pace celestis fugit. Quarta utilitas est
bonorum perditorum restitucio. unde sicut in
nuribus corporis restauratum est quod per maciem fuerat
consumptum scilicet in corpore. ita sepius ille cibus
celestis restaurat esse quod per peccatum sunt
consumpta. Unde dicit homo pauper clamans
eo. domine omnia bona gratie tue sepius in
peccatis delusi. eiectus expedicione uirtutum
spoliatus sum uestimentis uirtutum et ho
nestatis. uenio ad te perditus ut uita
restauretur etc. Quinta utilitas est unitas
sicut enim comestus uertitur in carnem hominis.
ita sumentes hunc panem celestem conuertuntur
in membra Christi. sicut dicitur de sacramento etc. Amen.

Labora sicut bonus. De sancto Georgio
miles Christi. Gladium salutis as
sumite quod est uerbum dei. Si aliquis esset potens
et homines capitales et fortes uideretur quod
per magna gratia reciperet si alicuius sibi gla
dium et sic arma porrigeret. ut ex eo se
defenderet et suos hostes in fugam uerteret. Hos
tes nostri et ualde fortes sunt demones. qui
nituntur nos suis falsis suggestionibus
decipere. ut a recta uia aberrantes in
precepta eius cadamus sed beatus paulus uo
lens nos a dyabolo triumphare gladium
nobis spiritualem porrigit dicens. Gladium salu
tis assumite quod est uerbum dei. Ecce enim ego sed
indigens gladium nobis tamquam missus. et uerbum
dei uolo porrigere. quod uos cum gaudio et
reuerencia debetis suscipere quia absque dubio et
eo omnes aduersarios uincetis. Sed ut ego
digne tamen uerbum porrigere ualeam. orabitis
dominum. Labora sicut bonus miles Christi. Deus
primum hominem fecerat heredem et dominum parady
si. Sed postquam dominum suum preceptum est transgressus
posuit eum in mundo. tamquam militem in cam
po ut laboret tamquam miles fortissimus
ut pugnando bona reciperet amissa.
Scire autem debetis quod vii sunt spiritualiter pro
quibus debemus laborare quibus christianus quod nobis
signata sunt in vii rebus pro quibus vii persone
laudabiliter pugnauerunt pro quibus omnibus beatus
Georgius pugnauit laudabiliter. Primus qui
pugnauit fuit Judas. qui primus dicitur miles
non quia primum pugnauit. sed quia multas et
inopinatas habuit uictorias. licet inopina
te laborem pugne assumpsit pro legum
suarum restauracione. Per militem istum pro
babimus intelligere quemlibet christianum qui pugnare
debet pro legibus id est fide sua. Fides enim est oculus
mentis quo omnia bona agenda et fugienda ui
demus. Cum sic clarus oculus omnia uidet bene agenda.
sic debilis claudicat uita mea. Unde Ely
as propheta bona fide carenti dixit. ut quid
claudicatis in duas partes. Est enim fides
quedam certitudo procedens a sole intelligencie
diuine ueniens. et dirigens ad bene operandum.
Unde dampnati ponunt eam sine dampnacionis
dicitur. ... non intelligitur
non est ortus nobis falsi dicunt non est ortus.
Sed quia ipsi clauserunt ortum intellectus ne
eis oriretur sol uere fidei. Sed si nos dampnacionem
effugere uolumus laborare tenemur
pro fide. sicut Juda milites Christi nonnulli uo
lumus. Sed nos beatus Georgius instruit sua uita
gloriosa et predicatione. quia ipse tamquam miles
strenuus est et nobilis homo utpote qui
de illustri erat capadocum ortus prosapia
tamen sic pro fide Christi laborauit ut in una die
xx milia conuertit. Sic fac et tu fidem
Christi dilatando. Secundo legimus Josyam
pugnasse pro iusticia. Cum enim rex egypti
uoluisset transire per terram suam. Rex Josyas
non admisit sed pugnauit contra eum usque ad
mortem. Per Josyam intellige quemlibet
christianum. Sed si rex egypti id est tenebrarum. hoc
est inimicus uult transire terram tuam id est sensus
tuos debes pugnare usque ad mortem.
Quia ubi dyabolus habet modicum receptaculum
ibi uult semper esse immo. Ad terram pugnare
debemus pro iusticia. quia preceptum est pro iusticia
laborare et agonizare usque ad ... pro
mori uoluit quam admittere ut ... uincat